

NUMMUS TRIUMPHALIS PHILIPPI SECUNDI HISPANIA.

rum Regis: Cusus post victoriam ad S. Quintinum
(quæ olim Augusta Veromanduo-
rum erat) partam, Anno
Christi 1557.



Um Philippus Hispaniarum Rex, impetrato adver-
sus Gallos auxilio Anglico, ingentem cum equi-
tatus, tum peditatus exercitum conscripsisset, Ema-
nuel Philibertus Dux Sabaudia, generalis Hispani
Vicarius, & summus Imperator, cum toto exercitu
Picardiam, ejusque finitimas urbes ac vicos in-
festat: denique munitissimam etiam urbem S. quin-
tinum obsidione cingere tentat. Conestabilis, &
summus Gallici exercitus Imperator, hostis adven-
tum ubi cognovisset, quàm primum urbi annonâ & milite prospicere vo-
luit. At cum ob hostis præsentiam incassum laboraret, copias dissoluit, ac
pedites cum tormentis retroducit. Gallos ilico subsequuntur Hispani, &
duobus à S. Quintino milliaribus 10. Aug. fortiter aggrediuntur, prælio-
que admodum memorabili superant. Partæ victoriæ causa præcipua perhi-
bebatur Philippi Memorantij Comitis Hornani virtus atq; industria: qui
cum mille cataphractis equitibus Egmundanum Comitem (*vide hic le-
ctor amice utriusq; imaginem*) sequebatur: